

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Assuerus Ampzing

**Programma In Obitum ... Agnetae Schuckmannae filiolae Viri ... Dn. Henrici
Schuckmanni I.U.D. eximii, Iudicij provincialis Megapolitani Assessoris
consultissimi**

Rostochi[i]: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425092>

Druck Freier  Zugang



Assverus, J.,

i n

A. Schuckmann.

Rostock, 1627.

2.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425092/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425092/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777425092/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777425092/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425092/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425092/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
In Obitum

AGNETÆ
SCHUCKMANNÆ

filiolæ

Viri Excellentissimi, Clariſſimi, Doctiſſimi

DN. HENRICI SCHUCKMANNI
J.U.D. eximij, Judicij provincialis Me-
gapolitani Assessoris consultissimi.



ROSTOCHI
Literis JOACHIMI PEDANI,
ANNO M. DC. XXVII.

BRUGG
JUOPICTA
ACADEMIA
SCHICKMANNA

DR. HENRICI SCHICKMANNI
1700 exinde indecimbris M. C.



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTO-
CHIENSIS

JOANNES
ASSVERUS

Ampsingus Transisulanus Med.

D. ac Professor.



Ullus est amor cum amo-
re Parentum in liberos compa-
randus. Filiorum causa per fer-
rum, per flamas itur intrepide:
si necessitas postulet. Nulla inco-
lumitas homini svavior, nullum
funus acerbius magisq; luctuo-
sum, qvām liberorum. Unum
ex filijs amissum multos annos luxit Jacob Patriarcha,
nec prius diuturnum luctum abstersit qvām ex inspera-
to repertus est. Cujus videndi studio patriam & dome-
sticos lares reliquit, migravitq; cum tota domo in Ægy-
ptum annos 120, & amplius natus. Dejicit Absalon pa-

A 2

trem

trem regio solio, dejectum hostiliter infectatus est. Ceterum prælio victum imperfectumq; tam dolenter flevit pater, effictimq; lamentatus est, ut fletus magnæ illi invidiæ fuerit apud exercitum, majori adhuc futurus nisi amicorum admonitu, lachrymis simulatum gaudium miscuisse. Poetæ ut exaggerent dolorem parentum ē morte liberorum conceptum, fabulantur qvosdam in faxa & scopulos qvosdam in fontes, qvosdam in arbores præ animi dolore fuisse cōversos, ut Niobe uxor Amphionis regis Thebanorum, qvæ viro suo sex filios & totidē filias pepererat, qvos cum Apollo & Diana sagittis omnes interfecissent: pater dolore victus ipse sibi mortem conscivit: mater verò filiorum necem tantis deflevit lachrymis ut apud patriam Sipylum (qvæ urbs Phrygiæ fuit) copulum diriguerit. Unde Propertius lib. 2. Nec tantum Niobe his sex ad busta superba sollicito lacrymans defluit à Sipylo. Scribit Herodotus Mycerinum regem Ægypti, filiam quam habebat unicam adeo dilexisse, ut mortuæ cadaver incluserit aureo Bovis simulacro, qvod in templo proximè Deos posuit, floribusq; ornavit, admotâ noctu perpetua lucerna. Pythius Bitbynius animi dolore qvem concederat ex morte filij à Xerxe infecti, relicto uxori regno, in mortui filij monumentum se conjecit, atq; inibi qvod supererat vitæ, flebiliter complevit. Nec minor fuit dolor Orodis regis Parthorum, qui ubi rescivit Pacorum filium in bello contra Ventidium perisse: præ animi dolore versus est in rabiem.

Qværas qvæ Gentibus causa fuerit tam immodici doloris? Hanc Paulus tradit. Qvia spem non habuerint

gint beatæ Resurrectionis¹, I. Thess. 4. Nolim, inquit,
vos ignorare fratres, quod ad eos attinet, qui obdormierunt,
ut ne doleatis, sicut & cæteri QVI SP EM NON HA-
BENT. Nam si credimus Jesum mortuum esse & resurre-
xiſe: ita etiam & Deus eos qui obdormierint in Jesu ad-
ducet cum eo. Postea paucis interjectis, modum no-
vissimæ Resurrectionis describit, Dominus, ait, cum hor-
tationis clamore & voce Archangeli ac Dei tuba, descendet ē
cælo, & qui mortui fuerint in Christo, resurgent primum.
Deinde nos vivi, qui reliqui erimus, rapiemur simul cum
eis in nubes in occursum Domini, in æra, & ita semper cum
Domino erimus. Tertio veluti Epiphonemate claudens
hunc locum, Consolamini, inquit, alij alios istis sermonibus.
Hæc, hæc inqyam Christianorum vera & solida consolatio
est in obitu suorum, qvam Gentes ab Ecclesia alieni non habuerunt.

Vir excellētissimus, clarissimus, doctissimus,
J. U. D. eximius, Judicij Provincialis Assessor consul-
tissimus, HINRICUS SCHUCKMANNUS,
amicus meus & favoritor qvovis obseqvio prosequendus,
duobus antè diebus non dicam amisit sed in cœlestem
patriam præmisit filiolam qvam habebat unicam.
AGNETA M nomine, qvæ necdum altero ætatis an-
no completo, vix mundum ingressa, mundo valedixit,
& ad civitatem supernam Christo Salvatori suo, cum
angelis & alijs sanctis anjibas æternum Gloria in excel-
sis cantatura, ab angelo Dei deportata est. Versantur
ob mortem tam præmaturam filiolæ unicæ, qvam te-
nerrimè amabant, parentes in acerbissimo luctu, tum
qvia unica erat, tum quia ab eo tempore quo primùm

hanc lucem aspergit, ad finem usq; vitæ, ferè valetudina-
ria vixerit. Itaq; consolatione opus est mœstissimis
Parentibus in luctu tam acerbo. Quid autem facient?
Non Amphionis non Niobes, non Mycerini, non Pythij Bi-
thinij, non deniq; Orodis consilia inibunt, hominum qvi
beatæ resurrectionis spem non habuerunt, sed consilium
seqventur Apostoli, qvod adduximus. dicentis *Consola-*
mini alij alios istis sermonibus. Qvibusnam vero? nempe.
Omnes qvi mortui fuerint seu obdormierint in Christo
Jesu: eos Deus in resurrectione adducet cum eo. At-
qvi Desunctula nostra obdormijt in Christo Jesu: Ergo
Deus eam in die Resurrectionis adducet cum eo. Obij-
citur ad Minorem primò peccatum Originale. Resp. ab
hoc liberatam & sanctificatam fuisse. Objicitur secun-
dò authoritas Lutheri, Philippi, & Augustanæ Confes-
sionis, docentium peccatum Originale non aboleri in
hac vita. Resp. Tollitur reatus per Spiritum S. idq; non
uno solum sed diversis actibus, in Baptismo, ante Baptis-
mum, post Baptismum. *Cum nondum prodijss ex vulva*
sanc&ificavite, Jer. 1.5. Baptizamur in mortem Christi, &
crucifigitur cum eo vetus homo noster, &c. Rom. 6. In sacra
Synaxi fit remissio tum hujus tum aliorum peccatorum.
Deniq; qvoties serio ingemiscentes ardentibus votis
cum Davide dicimus. *Ecce enim in iniquitatibus conce-*
ptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Dixi confite-
bor adversum me iniquitatem meam Domino, & tu remisisti
impietatem peccati mei. Obijcitur tertio. Atqvi in In-
fantibus deest medium applicationis nempe fides. Resp.
Spiritus S. operatur in eis dispositionem & inclinatio-
nem ad fidem, qvalis & quantula ipfis pro ipsorum mo-
dulo

dulo & captu sufficit ad applicationem meriti Christi, &
ad vitam æternam conseqvendam. *Simon Magus* impius
hypocrita non habebat fidem, & tamen baptizabatur ob
solam professionem. Atqvinostris infantibus Nasci in
Ecclesia est instar professionis. Fides actualis est in A-
dultis, at in infantibus fidelium tantùm qvoad inclina-
tionem. Ne itaq; pij parentes dolori & luctui nimium
indulgeant, sed cogitent & perpendant secum illa qvæ
Apostolus subdit de modo Resurrectionis, Qvando Do-
minus cum exhortationis clamore, & voce Archangeli, &
Dei tuba descendet de cælo, qvod tum pariter omnes una
cum filijs & filiabus suis rapientur in nubes in occursum Do-
mini, in aëra. Non eit hic dolor animi & luctus com-
parandus cum islo gaudio qvo tum perfundentur. qvan-
do Deus has lachrymas ab oculis eorum absterget, & sic
semper, dicente Apostolo, *cum Domino erunt.* O anima
mea, ait Augustinus, *suspira ardenter desidera* vebementer
ut posis pervenire ad illam civitatem de qua tam gloriofa
dicta sunt. in qvam amore potes ascendere. Amanti cum-
nibil difficile tum nibil impossibile est. Anima qvæ amat a-
scendit frequenter & currit familiariter per plateas cœlestis
Hierosolyma visitando Patriarchas & Prophètas, salutando
Apostolos, admirando exercitus martyrum & confessorum,
chorosq; virginum speulando. in qvibus, inqvam Virgin-
num choris nunc AGNETULA nostra cum alijs anima-
bus virginibus, *Agnum sequitur quocunq; ierit*, Apoc. 14, 4.

Cœterum ut de Defunctula nostra de more secun-
dum locos nonnihil dicamus. Nata fuit 7. Febr. 1625.
Patre qvem dixi viro clarissimo, doctissimo, consultissi-
mo, Dn. HINRICO SCHUCKMANNO, Matre
ANNA STECHOVIA, ALBERTI STECHOVII,
civis

civis hujus urbis primarij filia. Avia materna ipsi
fuit AGNETA Pegels ex antiquissima Pegeliorum a-
pud Wismarianos olim familiā oriunda. cuius sororem
MARGRETAM Pegels famigeratus ille Theologus
D. DAVID CHYTRÆUS, uxorem habuit. Locus na-
talis ipsi fuit oppidum Sterenbergenſe olim miraculis cla-
rum, nunc ob Juridicam Megapolensem celebratum.
qvo tum clarissimus parens qm̄ familia commigraverat.
Foret h̄c dicendi locus de miraculis qvibus isto in
oppido olim Deus religionem Christianam contra Ju-
dæos afferuit: n̄ id aliquot ante annis fecisset in Inti-
matione funebri Dn. NICOLAI DVNCKERI Steren-
bergensis p. m. qvondam hujus urbis Schatoris. Claudio
itaq; jam h̄c rivos, neq; in genealogia longo catalogo
texenda ero operosior: ne Programmatis limites exce-
dam.

Cum autem Parentes constituerint filiolæ suæ ex-
amine corpusculum, hodie hora prima pomeridia-
na in templo Jacobæo terræ mandare: rogan ut cives
Academicci hanc funeris deductionem freqventi sua
præsentia ornare dignentur. Rogo idem & ego cum
Parentes sit celebris Academiæ nostræ civis. Adeste ergo
cives Academicci Dn. Professores, Doctores Verbi Mini-
stri & Magistri, tum Juvenes studiosi, & condolentiam
vestram mœstis parentibus testatam facite. Precibus
etiam vestris hisce turbulentis temporibus Academiam
& urbem hanc, totamq; provinciam divinæ protectioni
commendate. P. P. g. Jan. 1627.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425092/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425092/phys_0013)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425092/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425092/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425092/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425092/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425092/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425092/phys_0016)

DFG

dulo & captu sufficit ad applicat
ad vitam æternam conseqvenda
hypocrita non habebat fidem, &
solam professionem. Atqvinos
Ecclesia est instar professionis.
dultis, at in infantibus fidelium
tionem. Ne itaq; pīj parentes
indulgeant, sed cogitent & perp
Apostolus subdit de modo Refu
minus cum exhortationis clamore
Dei tuba descendet de caelo, qvod
cum filijs & filiabus suis rapientu
mini, in aera. Non eit hic dol
parandus cum islo gaudio qvo t
do Deus has lachrymas ab oculi
semper, dicente Apostolo, cum
mea, ait Augustinus, suspira arde
ut possis pervenire ad illam civita
dicta sunt. in quam amore potes a
nibil difficile tum nibil impossibili
scendit freqventer & currit fami
Hierosolyma visitando Patriarcha
Apostolos, admirando exercitus m
chorosq; virginum speculando. in
num choris nunc AGNETULA
bus virginibus, Agnum sequitur.

Cœterum ut de Defunctul
dum locos nonnihil dicamus.
Patre qvem dixi viro clarissimo,
Dn. HINRICO SCHU
ANNA STECHOVIA, ALB

ti Christi, &
lagus impius
rizabatur ob
bus Nasci in
lis est in A
bad inclina
stui nimium
um illa qvæ
Qvando Do
changeli, &
omnes una
occursum Do
luctus com
tentur. qvan
terget, & sic
it. O anima
vehementer
am gloriofa
manti cum
a qvæ amat a
lateas cœlestis
is, salutando
confessorum,
qvam Virgi
alijs anima
t, Apoc. 14, 4.
more secun
Febr. 1625.
o, consultif
NO, Matre
CHOVII,
civis



Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 033